



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Desiderium, & Amor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

140 *Die Martis*  
in Deo eius. Obsecro  
iube vt detur mihi pri-  
ma caritatis stola, fidei  
feruentis annulus, &  
calceamentis eleuan-  
tis, & confirmantis spei  
protegantur pedes, id  
est affectus: sanguine  
veri vituli occisi impin-  
guetur, & reficiatur  
affectus.

---

*Desiderium, & Amor.*

*S. Aug.  
Medic.  
sap. 36.*

**A**udi Deus meus,  
audi lumen ocu-  
lorum meorum, audi  
quæ peto: & da vt pe-  
tam,

*Desid. & Amor. 141*

tam, quod audias. Pie,  
& exorabilis Domine,  
ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea: sed propter bonitatem tuam suscipe preces pueri tui: & da mihi effectum petitionis meæ & desiderij mei, precibus, & meritis gloriosæ Virginis Mariæ Dominae meæ, & omnium Sanctorum. Recipe me, Pater, quamuis filium prodigum, ad comedendum tecum vitulum saginatum, assatum in cruce. O bone, & vere Magister,

ster,

142 *Die Martis*

ster, doce me thesau-  
ros sapientiæ vilissimæ  
mortis tuæ. Iterum  
atque iterum, Domi-  
ne I E S V, aperire di-  
gneris latus tuum mihi  
nequissimo famulo tuo,  
vt oculi mei qui de-  
prædati sunt animam  
meam, in tuo latere in-  
ueniant prædam meã.  
O bone I E S V, nimis  
saxeum est cor meum,  
nisi emolliatur sangui-  
ne tuo, nimis distractũ  
est cor meũ, nisi recol-  
ligatur in latere tuo. O  
bone Pastor, ego sum  
illa ovis, quæ perijt, &  
errat.

*Desid. & Amo. 143*

erravit, pro qua in cruce posuisti animam tuam. Ecce ego sum, agnosce eam, introduce me in caulas vulnerum tuorum. Tu autem, Domine IESV Christe, in tua passione me custodias diligenter. Nā sine tua morte morior, sine tuis vulneribus vulneror, sine tuis cōuicijs conuicior, sine tuis flagellis virga non æquitat is, sed iniquitatis flagellor.



*Igni.*

*Igniculi pietatis.*

**F**lij tui sicut nouel-  
læ oliuarum in cir-  
cuitu mensæ tuæ. *Psal.*

127.

Suges lac Gentium,  
& mamilla Regum la-  
ctaberis. *Isaia 60.*

Pater misericordia-  
rum, audi eiulatum pu-  
pilli tui, & porrige ma-  
num tuam optimam,  
adiutricem vt retrahas  
me de lacu miseræ, &  
de luto facis, ne pe-  
ream vidente miseri-  
cordia

*Grat. actio, &c. 145*  
cordia ocalorum tuo-  
rum, aspiciente clemē-  
tia viscerum tuorum,  
sed euadam ad te Do-  
minum Deum meum,  
patrem meum. *Aug.*  
*johiloq. B. c. 37.*

---

POST MISSAM.

*Gratiarum actio, &*  
*Vox laudis.*

**P**ater luminum, à  
quo est omne da-  
tum optimum, quan-  
tum teneor diligere te  
ostende mihi: quantum  
G debeo